



contat. 2 ff. 4 ff.

Sammelhof u

- 1)
- 2)
- 3)
- 4)
- 5)
- 6)
- 7)
- 8)
- 9)
- 10)
- 11)
- 12)
- 13)
- 14)
- 15)
- 16)
- 17)
- 18)
- 19)
- 20)
- 21)
- 22)
- 23)
- 24)
- 25)



13
כש"ה
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE REGIO AC DOMINO
DOMINO
FRIDERICO AVGVSTO
ELECTORATVS SAXONICI HEREDE

תעלמות נשים

SIVE

CONCLVSVM
HEBRAEORVM
GYNAECEVM

A. G. MDCCXVI. D. VIII. FEBR.

P. S.

PRAESES

M. SAMVEL FRIDERICVS
BVCHERVS

RENGERSD. AD GORLICIVM LVSAT.

ET

RESPONDENS

PHILIPPVS ROTHIVS
GORLICENSIS SS. THEOL. STVD.

VITEMBERGAE

EX OFFICINA SAMVELIS CREISIGII

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPIS REGIS AC DOMINI

DOMINO

FRIDERICO AUGUSTO

ELECTORATVS SAXONICI HEREDIS

ETC. ETC.

UNIVERSITATIS

SIVE

CONCILIIVM

HEBRAEORVM

GYNACEIVM

A. C. MDCCXXVI. D. VII. FEBR.

P. 2.

PRESES

M. SAMVEL FRIDERIGVS

BOCHERVS

RENGERD. AD GORLICIUM VSAAT.

ET

RESPONDENS

PHILIPPVS ROTHIVS

GORLICIENSIS SS. THEOL. STVD.

VITAE PERENNIS

EX-ORIGINIS SAMVVELIS GRESIGII



CAPVT I.
DE
ORIGINE
CONCLVSI HEBRAEORVM GYNAECEI.

I.



Vanius tempore V. T. Vestales in gente Hebraea nusquam darentur, feminas tamen γυναικωνίτιον, seu peculiarem domus partem inhabitasse, nemo uocabit in dubium. Non autem hic faciemus cum Iudaeis, Deum primis parentibus tabernacula extruxisse, atque in arca Noachi, testante celeb. Dassou. in MSto Antiqq. Gynaeceum feminas tenuisse, exultimantibus. Neque perpetuo filias Hebraeorum seclusas fuisse, sed maximam temporis partem domi se in Gynaeceo continuasse, arbitramur, id quod Gen. XVIII, 6, XXIV, 67, XXXI, 33, Cant. III, 4, VIII, 2, aliisque in locis pluribus euincitur. Quae cum ita sint, quid, ritum antiquissimum esse, dubitemus. Vocatur autem Gynaeceum in Scripturis אהל מוטרש בית הנשים, חדר הורתי, בית אמי (נשים) חדר ווייבר קמיר, גיצעלט, הויז דר ווייבר, Graecis ἄρον, ὑπερῶνον, γυναικων, γυναικωνίτις, γυναικείον, nobis Frauen-Zimmer. Locus in primis Gen. XXIV, 67, notabilis est, ubi Rebecca, cum sub uesperam, more Hebraeorum uirginum, quam consuetudinem Hom. etiam Graecis tribuit, ἀποφένεσθαι egressa esset, simul ac percepisset uerba serui, appropereat in בית אמי, domum matris κατ' ἐξοχήν sic dictam, in seiner Mutter Haus; postea Cant. III, 4, quippe sponsa, seu uirgo Ecclesia, Christum est abductura in בית אמי, domum matris suae, et in חדר הורתי, Germ. bis ich ihn bringe in meiner Mutter-Haus/in meiner Mutter Kammer/hoc est, in cubiculum interius praeparatum, quo sponsus cum sponsa prima nocte concumbere solebat. Vid. Tossan. ad Esth. II, ins Haus der Frauen/ d. i. der Jungfrauen; it. in dem ersten Frauen-Zimmer/von welchem droben u. 3, waren nur Jungfrauen und hatte ein jedes Frauen-Zimmer seinem besondern Kammerer. V. D. Calou. Comm. in Gen. XXIV, p. 103, Polus in Syn. Crit. Vol. I, p. 180, et Vol. II,

p. 1866, D. Hildeb. *Antiqq.* p. 109. sqq. *Grot. Menoch. Selden. Wagenfeil. Maimon. Sal. Iarch.* ספר מנהגי, *liber Rit.* quem citauit D. Carpzou. *Diss. de Chuppa Hebr.* סדר מצוה נשי, Germanice *Frauen-Büchlein* / aliique plures.

CAPVT II.

DE

SVBIECTO

SIVE

PERSONIS HEBRAEORVM CONCLUSIS.

I.

VNiuerfus sexus in gente Hebraea femineus domi se continuit, hoc est, *Virgines, Viduae, Vxores.* *Virgines* raro foris esse conpectas, uocabuli עלמה indicat etymologia. Signa enim testantur, Philosophi ut loqui amant, de rebus signatis, et in nominibus rerum inueniendis spectatur uel ipsa substantia, uel peculiaris circumstantia, uel consuetudo atque ritus. Et sic illo in *Hebraeorum עלמה* antiquitas delitescit in sequentibus discussa. עלמה enim apud *Chaldaeos, Syros, Arabas, occultandi, celandi et abscondendi* significatum obtinet, ut עלמה uirgo sit domi custodita, neque cognita uiro. *Coccei Lex.* p. 617, uertit: *adolescentula, Jungfrau / Jonge Tochter / Maegt / LXX, senes, νεάνις, παρθένος*, alii: *κατάκλειστος et ἀπόκρυφος*. Vid. *Casaub. Exerc. L. XXIII*, p. 87, 88, *Foerster. Lex.* p. 597, *Robertf. Thef. Ling. S.* p. 734. Exinde *Hier. L. I, adu. Iou. Tom. II*, itemque *ad Esf. VII, L. III, עלמה* non uirginem modo denotare, sed etiam *absconditam, seclusam, κατ' ἐπίτασιν*, afruit, atque ex illo *Erasm. Matth. I*, p. 10, in *Punica* quoque lingua, quam non nulli ab *Hebraeis* ortam uolunt, eadem notione ALMA appellari uirginem ostendit. Concinne D. *Hildebr. l. c. apud Hebraeos*, ait, uirgo dicitur עלמה, uel abscondita, ob duas causas, (1) quod secretior eius educatio esset, (2) quod non nisi uelamine tecta, uel abscondita, ad sacra in publicum prodiret. *Neruoie D. Pfeiff. Dubb. Vex. Cent. III*, p. 651: Dicitur עלמה ab occultando. *Virgines se apud Hebraeos et Orientales* quosque studiofissime domi continebant. Hinc e contrario נפקת ברא, seu euagatrix, est epitheton meretricis apud *Chaldaeos*; et *Cent. IV*, p. 676, ad *Esf. VII*, de *Virgine puerpera*, Graecorum παρθένον *Matth. I*, 23, τὴν עלמה *Hebraeorum* respondere, pererudite nota-

notavit, ad quam sententiam accedit *Mich. Neand. Op. Aur. ad Phocyl. p. 46*, et in *Theol. Syn. p. 10*. Cum primis uerba *Dieterici* notatu sunt digna, qui in more, inquit, laudabili positum fuit ueteribus, uirgines in interiori quadam domus parte, quam nunc Gynaecium, Graeci παρθέωνα appellare solebant, custodire, unde et κατάκλειστοι, conclusae, dicebantur Graecis, et Hebraeis in eundem sensum elegantissima appellatione תַּמְרוּעַ, absconditae, ab תַּמְרוּעַ, quod est κρύπτειν, κατακλείειν, eo, quod ἐν θαλάμῳ, antequam uiro iungerentur, quasi concludebantur et ἐνδον μίμνεσαι, quod de eiusmodi uirginibus dixit Poëta Aescraeus, u. 518. ἤτε Δόμων ἐντοδὲ Φίλη παρὰ μητέρι μίμνει. Similiter *Polus in Syn. Crit. Vol. III, p. 370*, idcirco uult 2, *Maccab. III, 19*, κατακλείσους τῶν παρθέων, et ἀποκρύφους appellari; et *Spanhem. Dubb. Euang. P. I, p. 298*, uirgines ea propter titulo θαλαμεινομένων, in thalamis educatarum, insigniri, existimat. Vid. etiam *p. 299*, it. *p. 308*. Interim tamen hic disiunctionem non intelligimus ἀπλῶς, simpliciter et absolute talem, quasi nunquam παρθέωνοι exierint, sed κατὰ τί; siquidem exemplo *Rebecca*, ad imaginemque Graecarum, sub uesperam, quamuis non sine comitatu, excurrerent, tum quoque sacris interessent, quorsum forsitan respexit *Schindler. Lex. p. 1329*, olim educabantur puellae, ut domi apud matres delitescerent, nec prodirent in publicum, nisi necessitas, uel cultus diuini ratio postulare. Addo *G. Meisner. in Biblisch-Geographischen Anmerkungen über Salom. hohes Lied / p. 147*, ad illa *Cap. VI*, uerba: *Der Jungfrauen keine Zahl. תַּמְרוּעַ, eine verborgne / weil man die Jungfrauen verschloß / und nirgends hinkommen ließ / außer zum Gottes-Dienst / damit sie rein blieben und nicht berührt würden.* Vid. *Menoch. R. H. L. VI, C. VII, Q. XII, p. 541*, *Casaub. Exerc. I, n. 35*, *Heins. Lect. Theocr. p. 313*, *Mich. Neand. in opere aureo, non Aureo, cuius titulus est, Ανθολογικὸν Ἑλληνιστὶ καὶ Ρωμαϊστὶ, p. 301.*

II.

Nec desunt testimonia in antiquitate. Cum *Antipater, 3. Macc. I, 25*, sanctum illud sanctorum ingredi uellet, procurrebant uirgines una cum matribus conclusae, auch die verschloßnen Jungfrauen in ihren Zimmern / sammt den Müttern / brachen herfür. Sic, ubi *Heliodor. in aerarium irrumpebat, tumultu facto, κατάκλειστοι τῶν παρθέων*, ad urbis portas excurrisse dicuntur, in muros ascendisse, et de fenestris prospectasse, quas *uersio Germ. periphrastice* describit: *Die Jungfrauen / so sonst nicht unter die Leute giengen / lieffen unter die Thor ic.* *Autor*

Glossae Ordin. hanc adiecit ἐπιχεισιω; *Virgines, quae conclusae erant, i. e. de domibus parentum non exhibant, ratione uerecundiae et pudicitiae uirginalis, tamen in illa turbatione exhibant, praeter morem solitum.* *Casaub. l. c. ἐπιθετον honestiorum uirginum fuisse, obseruat, quod κατάκλειστοι uocarentur et θαλαμυσόμεναι, ut quae suos παρθενωνας incolerent, in quibus seorsim educarentur.* Item: sic uxores ipsae Poëtis Graecis ἀκρηματα dicuntur, et uirgo Hebraeis עלמה, quasi עלומה, abscondita, quod optime redditur per κατάκλειστον. *V. Dieter. Antiqq. Bibl. ad 2, Maccab. III, 19, et autores ibidem citatos complures.* Hanc ob causam *Aben Esra, Maimon.* alii τὸ כהלה a Syr. כהל, concludit, exponunt per inuuptam puellam, quae domi continetur, et se concludit, nec a uiro est cognita; tum quoque *Philo adu. Flacc.* eodem significato uirgines θαλαμυσόμενας παρθενας appellat. Immo *LXX, senes, Marthaeum, C. I, 23, secuti, עלמה* ideo per παρθενον transfulerunt, atque *Aquila* alicubi per ἀπόκρυφον, eine unbekandte / verborgne Jungfau / quae nunquam aspectibus uirorum patuit.

III.

Hunc ob significatum ALMA ab Hebraeorum עלמה in Latium defluxisse uidetur, autore *Hieron. L. III, in Es. C. VII, Grotio, Mich Neandro, aliis.* Erat enim ALMVM priscis temporibus idem, ac sacrum, sacrum uero absconditum, seclusum, secretum, pronuntiat antiquitas, idque eo, quod Hebraeis, Graecis, Latinis, immundi ac scelerati a templis, delubris, atque fanis, prohibebantur, illis חללים, istis ἀνόμοιοι, his profani, quasi procul a fanis, appellati. Hierosolymis in templo hac de causa atrium fuit impurorum et hospitem extremum, quod murus intergerinus discreuit. Murum condecorabant pilae cum inscriptione: μη δεῖ ἀλλόφυλον εἰσὶν τῆς ἀγίας παρεῖναι, non decet alienigenam in locum sanctum transire. Cum uero hi Graeci et Romani plurimum essent, ideo *Ioseph.* columnas ἑλληνικαῖς καὶ ῥωμαϊκῶν γεάμμασι ornatas constituisse, obseruat. Vid. *Maim. tr. בית המקדש, C. III, et tr. מרות, C. II, 3, Lightf. Opp. T. II, p. 192, Goodvv. Mos. et Aar. L. II, C. I, p. 358, sq.* In Synagoga uariae conspiciuntur inscriptiones. Portae incisum erat illud, *Pf. CXVIII, 20, וזה השער ליהוה צריקים וכאן בו, haec est porta Iebonae, quam iusti ingrediuntur.* Conf. *Buxt. de Abbreu. p. 73, 81, 174, Goodvv. Mos. et Aar. L. II, C. II, § VI, p. 163., uel p. 372.* Graeci, pro magnitudine criminis, uel ἕξ τῶν θυσιαῶν ἐν τόπῳ βεβήλω καὶ ἀνιέρῳ consistebant, uel sacra plane non adibant, testibus *Polluce L. I, C. I, N. 7, 8, Clemente Alex. contra Gentes, Euf. Praep. Euang. X, 7, Aug. Steuch. L. II, C. XIV,*

C. XIV, de Phil. per. Neandro in Anth. p. 447. Sic aditus templi in Epidaurō, Achaiae urbe, hanc habet ἐπιγραφήν; ἀγνόν, χρῆ, νῆσις Θηώδεος ἐν τὸς ἰόντα ἔμμεναι de quo templo commemorant Pausan. Xenoph. Plato, Clem. Alex. ἑρωματίων L. V, alii. Similem in modum Graeci ἀμύσας a suis scholis tanquam mysteriis abigebant, ut scholae Pythag. inscriptio indicat, quae apud Orpheum de Testam. aliosque extat; αἰείω συνετοίς, Θύρας Δ' ἐπίθεσε βέβηλοι, id quod uertit Neander: cantabo doctis, uos uani claudite fores. Idem Platoni fuit mos, cuius in atrio legebatur, ἀγεωμέτερος, ἀθεώρητος καὶ ἀμυσος, ἔδεις εἰσίστω. De Romanis Virgil. Propert. Rosin et complures alii idem testantur. Ab hac igitur antiqua consuetudine SACRVM τῶ ALMVM ab Hebraeorum עלמה respondens, celandi, occultandique significatum retinuit, idque non in Philosophorum modo, uerum Medicorum etiam scholis, quibus os lumborum uentris immediate suppositum, sacrum audit, cuius ἰερεῖ ὄσῃ a Polluce mentio est iniecta. De cetero non nunquam κατ' ἀντιφρασει contrariam significationem habet, ut dicitur Maroni auri sacra fames, et Plauto homo facerrimus, i. e. profanissimus, sicuti Hebraeis קרשה, in cuius gratiam haec allata sunt, femina est sacra, praeparata, κατ' ἀντιφρασει, eine Beth Schwester / כנפח כרה, ut Ionathan interpretatur, euagatrix, quae in Gynaeeo non subsistit, sed foris se uersat et diuagatur.

IV,

Perlustratis in Parthenone Virginitus, Viduas contemplabimur, quas decebat assidue se domi continere, quod uel ex monito Iudae, nurum ita alloquentis, intelligitur, שבי אלמנה בית הכיך, mane uidua domus patris tui, h. e. mane in patria domo, ut uiduae, mortuo marito, ad patrem redire solebant, teste Maim. de Coniug. L. Siphra, P. II. C. V, ad Lev. XXII, 13, Edit. Venet. fol. 236, sq. p. 2, Selden. in Vx. Hebr. et Dassou. in Vid. Hebr. Th. XIV, p. 23. Pellices 2. Sam. XX, 3, ideo צררות iuxta LXX, συσχεόμεναι, conclusae, dicuntur, unde Luther. transfert: Sie waren also verschlossen / und lebten Wittwinnen. Vid. R. S. B. Melech ad 2 Sam. XX, 3. In primis illae iunioris aetatis a uirorum commercio abigebantur, quippe quae lasciuiores sunt, quam intactae uirgines, ab quibus Timotheum Paulus monet, ut abstineat, παραιτή, entschlage dich / uidelicet ab illis, quae non μεμονώμεναι, sed περιερχόμεναι τὰς οἰκίας, uitam degunt, welche umlauffen durch die Häuser. Nam τὸ περιερχομαι τὰς οἰκίας, et τὸ γαμῆν θέλειν, idem est, quod in literatura profana, speciatim apud Athenaeum, ὀργασμός, et apud Aristoph. τὸ κυαμί-

καμίσσην, *cyamiffare, catillare*, quando femina per alienas domos affidite se uersat, ac, more catellorum, circumcurfat. Vid. *Hildebr. Antiqq. L. I, p. iii.* De meliori nota *Iuditham* nos commendare oportet, quae sibi in tecto domus *secretum cubiculum* facit, ubi cum puellis seclusa moratur. Non nulli quidem τὸ καθίσσην sub σκηνῇ *umbraculo*, ἐπὶ τῆς Δώματος, exponunt: *more seminarum in superiori aedium parte, quae Graecis ὦον et ὑπερῶον erat*, sed perperam omnino. Vt enim mulieres Hebraeorum ὦον, seu *superiorem aedium partem*, non raro tenuerint, hic tamen σκηνῇ ἐπὶ τῆς Δώματος significat *umbraculum in tecto*, *Sommer-Laube* / quod LXX, fenes, pariter ὑπερῶον appellitant, quem ad modum Graecis etiam Δώματα non nunquam sunt *meniana, solaria, tecta*, quorum apud ueteres usum *Mich. Neand. Ios. Scal. Casaub. Heins. Hildebr.* alii detegunt. Vid. *Buxt. Lex. Chald. Syr. p. 5, Ludon. de Dieu in Matth c. 4, Schweig. Itin. p. 263, Raurwolf. Itin. L. I, C. II, p. 25. Fuller. Miscel. L. II, C. XVI, Scultet. Exerc. L. II, C. LVI, Coccei. Tit. Maccob, p. iii, L' Empeur ad Middoth, p. 160, sq. Geier. de Luct. Hebr. Menoch. in Rep. Hebr. Dieter. in Antiqq. Bibl. Goodwin. in Mos. et Aar. Pfeiffer. in Antiqq. Hebr. et plures. Iuditha igitur sub umbraculo, ἀπό σκηνος, ab aliis semota uiduitatem egit, ἐπὶ τῆς Δώματος, *in domo, uel super domum*, sic hatte obett auf dem Dache ihres Hauses eine Hütte oder Sommer-Laube. Maxime uero Graecis σκηνῶν in usu erant, unde latinis *scena, Hesychio καλύβη, πασάς*, item πάσος, appellatur, quorsum et *Heins. in Theocrit. p. 363, χρετόν* traxit, qui speciatim locus erat coenantium. Conuiuia sub eiusmodi σκηνῶς *Θαλίαι* uocantur, quasi ab Hebraeorum radice חַיִט, aut Chaldaeorum חַיִט, sicuti dies festus tabernaculorum Chaldaeis **חַיִט חַיִט** audit, Graecis *ἑορτὴ τῶν θαλιῶν*. Sic i, Reg. XX, 16, **חַיִט חַיִט**, ὑπὸ Θαλίαις, hoc est, ut *Hellenistae* loquuntur, ὑπὸ σκηνῶς. Erant autem conuiuia *seminarum* in ὑπερῶω, siue tecto etiam domus, ὑπὸ σκηνῶς, quem ad modum uiris communiter in infima domus parte, uel in atrio, habebantur. Consuetudo haec, ut cetera, ad *Perfas, Graecos et alios* defluxit, unde *Homerus Θαλίαι* suas habuisse *Heinsio* creditur, *Exercit. S. S. pag. 540.**

IV.

Denique *Uxores* etiam domi manere oportebat, nisi uellent in suspicionem adulterii incurrere. Quanquam enim uxor non tam arcte conclusa esset, quam uirgo, et iunior uidua, res tamen suas parietes intra domesticos perficere debebat. Quapropter inducuntur saepe numero, quem-

quemadmodum C. I, de Origine uidimus, in *Tabernaculis* et *Gynaecois*. In primis adulterii suspecta arctius asseruabatur, quam סְהִירָה appellitant. Vnde in Lege: et occultata fuerit illa. Vid. *Misn. tit. Sota, C. I*, et de *Leg. Zelotyp. Sal. Iarch. ad Num. V*, *Gem. Bab. ib. fol. 25, 4*, et 7, *Gem. Hieros. ad tit. Sota, C. I, fol. 16, col. 3*, siue מצוֹת נָשִׁים סֵדֶר. Generatim *Hebraeorum Magistris פְּרוֹשׁוֹת* dicuntur, sicuti *iuuenes פְּרוֹשִׁים*, quibus non erat licitum undiquaque circumcursare, *Chaldaeis פְּרִישׁוֹן*, seu פְּרִישׁוּיָא, ἀφωρισμένοι, unde sibi *Pharisaei* sortiti sunt nomen, testibus R. *El. Leu. in תְּשׁוּבָה*, p. 184, *Goodwin. Pfeiffer. Dubb. Euang.* aliis. Eodem significatu *Rabbini monachos פְּרוֹשִׁים*, *moniales פְּרוֹשׁוֹת* appellare solent. Causam addit *Kimchi*, quia nempe coram hominibus uolunt uideri פְּרוֹשִׁים אַנְשִׁים, *seiuuncti et homines iusti*. Vid. *Ratbert. in Matth. col. 108. Montac Appar. IX, Orig. Eccles. I, 21, pag. 322*, alii.

VI.

Hanc ob causam הַלְלָה, *scortum commune*, seu *euagatrix*, *Hebraeis זֹנָה* appellatur, ab radice זָנָה, *uendere*, *mercaturam exercere*, *scortari*. Mercatorem enim in publicum prodire oportet, mercesque suas exponere, ut adeo זֹנָה fit *meretrix*, femina discurrens, quae se publice exponit, et per crebriores discursus uenditionem suam uelut inuinit. Consentit *Jonathan* et *Kimchi*. Hic enim ait: *Jonathan interpretatur זֹנָה per Pondekan*, et quandoque זֹנָה per mulierem exeuntem foras. Ita etiam *Chaldaeus* uertit, *Ezech. XVI, 31, 34*, per טַעִירָה, *oberrantem*, siue etiam מַטְעִיָּה et מַטְעִיָּה. Radicem ipsam זָנָה *Chaldaeus, Ezech. XXIII, 3*, reddit per טַעָה, et ad *Num. XXV, 1*, coepit populus לְזוֹנָה, *fornicari*, אֵל, *ad filias Moab, Targum* habet לְמַטְעֵי בַחַר, *errare post*, h. e. cum filiae *Moabiticæ* undiquaque uagarentur, tum populus Dei easdem inquirebat, לְהֵלֵךְ אַחֲרַי, *ambulando post*, ut cum *Hebraeis* loquar, quod *Germanis* effertur: *Den Huren nachslaffen*. Ea de re *lupanar* male audit בֵּית נַפְקָה כְּרָא, *domus foris prodeuntis*, i. e. domus communis, quam praeter morem solitum, quilibet ingreditur, teste R. *El. Leu. in רֵשׁ בֵּי*, pag. 118, זֹנָה, testante eodem *Elia*, in suo מְתוּרְגָמָן, in radice נַפֵּק, non modo in paraphrasi *Chaldaica* transfertur, נַפְקָה כְּרָא, *uaga meretrix, scortum publicum*, uti uult *Schindler. p. 114*, quod ex domo egressa discurrat, et ubiuis locorum uagetur, cum debeat esse οἰκῆτος, *domus custos, assidua domus*, uerum etiam דֹּרְהָהּ ita explicatur, id quod fecit *Dieter. Antiqq. Bibl. p.*

B

725,

725, cum ait: sicut etiam meretrix dicitur Hebraeis זנות (nimirum XXII, 14, XXXIII, 27) ex eo, quod, fracta fide amoris coniugalis, se a viro alienat, aut quia extraneum recipit, discursitando foras: meretrix enim, quia euagari solet, נפקת ברא, foris exiens uuluer dicitur, quae extra urbem plerumque degere solebat, circa semitas et diuerticula, unde dictas esse meretrices semitarias, docuit Salazar in Cap. I. Cant. Etiam in prostibuli foribus expectabant inessorem, ob eam causam Plautus in Poenulo profedas meretrices appellat, quasi pro foribus sedentes. Non enim ualebat domi consistere pedibus, inquit Salomon, Prou. VII, u. Eiusmodi euagatrix erat Dina, neptis Iacobi. Nam etsi דו ענה, ui stupratam esse, innuere uideatur, quod idem uidetur Onkelo, et multo expressius Ionathani, וסגפה, tum quoque Sal. Iacob. qui ad illud: et ita fieri non debet, addit, ut impune quis uirgines uiolaret, tandemque Ioseph. Orig. L. I, C. XIX, Φθίσει Δι ἀρπαγῆς, raptu uiolauit; Dina tamen culpa se exfoluere non potest. Visio ex parte Sichemi in primum facinoris actum uergebat, qui meminisse debuerat, oculos uagabundos hominibus exitio esse, id quod probe intellexit Plutarch. de amore scribens; ἢ γὰρ ὄψις τῶ πάθους ἐστὶ λαβὴ, et Propert. Eleg. 12.

Qui uidet, is peccat, qui non te uiderit, ergo
Non cupiet, facti crimina lumen habet.

Ac in primis Alex. M. ea de re oculos ab uxore et filiabus Darii auerrens. Ex parte Dinae culpandus est intempestiuus discursus, quae cum debuisset se in בית עלמות, παρθενοῶνα, concludere, foris incescit ad inuisendum inter filias terrae, ut fontes fonant. Sed sufficiant haec. Sequitur

CAPVT III.

DE

GYNAECEIS

SIVE

HABITACVLIS MVLIERIBVS DEPV TATIS

I.

Mulieres Hebraeas in claustris ab omni uirorum commercio seiunctas degisse, falsissimum est. Nam (1) Scriptura S. tanti momenti rem nus-

nusquam attigit. (2) *Profana antiquitas* claustra siluit. (3) *Iudaei* ceteras
 consuetudines temere retinentes nulla extruunt hodie monasteria. (4)
Virgines Hebraeas, simul ac maturae essent, nubere uiro oportebat, im-
 mo e gente sua enubere, erat uetitum, id quod *antiquitas sacra*, et,
 praeuentibus *Hebraeorum Magistris*, Buxt. Selden Dassou. Dieter. in
Antiqq. Bibl. p. 764, Menoch. R. H. L. III, C. XX, p. 348, seqq, atque
 antiquitatum periti tantum non omnes significant. (5) *Femina*, haeres,
 non saltem uni ex tribu nubuit, sed etiam משה אכיה, quod in Scriptura fundatum non *Rabbini*
 modo, uerum *Patres* quoque explanant, utpote *Theophyl. Matth. I,*
 μη ἀπὸ ἐτέρας Φυλῆς λαμβάνει γυναικας, μη ἀπὸ ἐτέρας πατριᾶς,
 ἤτοι συγγενείας, ἀλλ' ἀπὸ τῆς αὐτῆς καὶ Φυλῆς καὶ πατριᾶς; et
Chrysost. Hom. II, ἡ γὰρ Δὴ μόνον ἀπὸ Φυλῆς ἐκ ἐξῆν ἐτέρας, ἀλλ'
 ἐδὲ ἀπὸ πατριᾶς ἐτέρας, τῆτ' ἐστὶ συγγενείας γαμῖν etc. Ut alio-
 rum ueterum taceam testimonia. Quae cum ita sint, *Hebraeorum fili-*
abus uix ac ne uix defuerunt mariti. Vid. *Schindler Lex.* p. 480. (6) *Is-*
rahel filia nusquam in monasterium conclusa fuit. Manifesta enim ob-
 stat litera, והעליתיהו עליה, et *faciam ipsum holocaustum ascendere,*
 uel offerri, Graece; ἀνοίσω αὐτὸν ὀλοκαύτωμα, quam uersionem ple-
 raeque sequuntur *latinae*, atque *D. Luther* noster: Und wills zum
 Brand-Opffer opffern. Nec recedit ab hac *antiquitas profana*. Sic in
Gem. Bab. ad Tit. Thomit, C. I, fol. a, nominatur sacrificium, quod of-
 ferri non decuit, et *Ioseph. Orig. Iud. L. V, C. IX,* θύσας τὴν παῖδα
 ὀλοκαύτωσεν, ἐτὲ νόμιμον, ἐτὲ τῷ Θεῷ κεχαρισμένην θυσίαν ἐπι-
 τελεῶν. Hinc, nec male, *D. Luther.* Mann wil / er habe sie nicht
 geopffert / aber der Text stehet da klar. So siehet man auch bey
 de an Dichtern und Königen / daß sie nach grossen Thaten haben
 auch grosse Thorheiten begehen müssen / zu verhütten den leidigen
 Hochmuth. Tametsi autem non nulli *Rabbinorum*, uirginem perpetuo
 mansisse, uelint, quemadmodum fabulatur *Kimchi:* עשה להכי
 והכניסה שם והיתה שם פרושה מכני אדם ומררכי העולם
 והיה חק בישראל כי משנה לשנה היו הולכות אליה בנות
 ישראל, fecit ei domum et introduxit in eam, atque ibi remansit seclusa a
 filiis hominum, et a rebus secularibus, atque mos inualuit in Israël, ut quotannis
 eam inuiserent *Israëlitides*; horum tamen commentationes ἀπὸ αἰσθητικῆς
 ἀπλῶς et simpliciter talem, non uero *monasticam Pontificiorum uitam* redo-
 lent. Et quis eo ἀποπίας laboretur, ut *scripturae* s. literam relinquens, ad

Rabbinorum se uerteret deliria, maxime cum factum hoc a uiro Θεο-
 πνεύτω nusquam laudetur, immo utrinque peccatum, siue *Iephta* fili-
 am immolarit uiuam, siue ἀειπαρθένια deputarit, quod Theologis
 merito exponendum relinquimus. (7) ualde etiam labuntur *Papicolae*,
 quando τὰς κατακλείσθης τῶν παρθένων ueterum, moniales fuisse, existi-
 mant. Parum enim, aut nihil, *Menochii*, aliorumque, sententiam moramur,
 per τὰς κατακλείσθης τῶν παρθένων uirgines in atrio templi habitantes
 intelligentium, eo quod conclusae uirginum uocentur, quorum fer-
 respiciatur, 1. *Sam. II*, 22, ubi mulierum ante tabernaculi ostium inse-
 uientium iniicitur mentio. Verum enim uero notamus (1) 2. *Maccab.*
III, 19, ad morem ueterum uirgines educandi fieri respectum, quip-
 pe quae ἐν τοῖς θαλάμοις et παρθενώσι sedulo concludebantur, te-
 stibus non *Hebraeorum* tantum maioribus, sicuti *Philo Θαλαμνομέ-
 νων παρθένων* meminit, sed uiris etiam literatissimis, *Hier. Mich.*
Neand. Hug. Grot. Heins. Hildebr. reliquis. Ipse *Menoch. R. H. L. IV*,
C. VIII, Q. XII, p. 514, uirgines *Hebraeorum* seorsum a uiris παρθε-
 νῶνα, atque, una cum reliquis feminis, γυναικωνίτιν, tenuisse, non dif-
 fitetur. Accedit, quod matres quoque discurrisse dicuntur, quas in ma-
 ritorum aedibus, speciatimque *Gynaecio*, degisse, manifestum est. Qua-
 propter per τὰς κατακλείσθης τῶν παρθένων uirgines honestiores ab
 ἀελέτοις, εμεφομέναις, ut dicuntur *Symmacho, Cant. I*, 7, et περι-
 βαλλομέναις, iuxta *LXX*, senes, a discursitantibus distinguuntur, ab
 iis, quae non ἐν τοῖς θαλάμοις educari solebant. Vid. *Casaub. et Dieter.*
 l. c. (2) הַנְּשִׂיִם הַצְּנַנִּת הַנְּשִׂיִם feminae erant conuenientes, partim, ut
 orarent, uertente sic *Targum*, partim, ut offerrent sacrificia, impletis
 puerperii et mundationis diebus, exemplo *Hannae*, matris *Samuelis*.
Hebraeorum enim est sententia, nullum in templo ministerium uidu-
 arum, immo nec aliarum, peragi opera potuisse, quoniam τὸ צְנַנְ
 turmatim conueniendi ui pollet, et quando uerso nostra habet uo-
 cem *Dieneten* / de cultu Deo sacrificiis rurturum, columbarumque
 exhibendo, non uero de ministerio in templo peragendo accipi de-
 bet, ut celeb. *Dassou.* utar uerbis, *Vid. Hebr. Th. VIII*, p. 14, quibus
 addo, tempora discerni oportere. Feminas apud *Hebraeos* sacris in-
 feruisse, negamus, apud primos uero *Christianos* ad non nulla sacra adhibi-
 tas esse, concedimus, id quod in propatulo est. *Templum Hebraeo-
 rum* diffudit se in *Sanctum Sanctorum*, *Sanctum* et *Atria*: illud *Sacer-
 dos M.* ingressus fuit per annum *semel*, istud intrare non nisi sacerdo-
 tibus

tibus licuit; hoc erat triplex, (1) *Sacerdotum*, in quo praeeparabant sacrificia, (2) *Virorum*, (3) *Mulierum*. Si igitur mulieribus neque ad sanctum sanctorum, neque ad sanctum et atrium sacerdotum, immo ne ad atrium quidem uirorum, patuit accessus, quomodo earum opera in administrandis sacris usi sunt ueteres. Vid. *Sal. Ben Melech* in **מכלל ופי**, 1, *Sam. II*, 22, *Goodwin. Antiqq. Hebr.* p. 349,

II.

Morabantur igitur *Hebraeorum feminae* in *Gynaeceo*. Domus erat partim *priuata*, partim *publica*. Inter publicas *Templum*, *Synagogam* et *Synedrium* referimus, hoc quippe locus ciuilibus ac politicis fuit, in quo uiri de re publica conuenerunt a *Gynaeceo* immuni; in *ista*, uidelicet *Synagoga*, tum quoque in *Templo* et *Tabernaculo* feminae seorsum constiterunt. *Tabernaculum* atrium circumdedit *interius* sacerdotum et *exteriorius* Laicorum, in duas odas diuisum, quarum una *uirorum*, altera *mulierum*, id quod phrasis **הַנְּשִׁים הַצְּבֵאָה**, *Exod. XXXVIII*, 8, 1, *Sam. II*, 22, significare uidetur. Vid. *D. Pfeiff. Dubb. Vex.* p. 411, et auctores citati ibidem plurimi, *Goodw. Mos. et Aar. L. II*, C. I, p. 349. *Templum* se diffudit, ut *Goodwin.* erudite ostendit, (1) in *Sanctum Sanctorum*, *das Allerheiligste* / conueniens choro, siue anteriori parti aedium Basilicarum, *Thumb = Kirchen* / (2) *Sanctum* coincidens cum corpore aedium, (3) *Atrium* referens nostra coemeteria. Atrium uero templi *remotum* erat partim, partim *uicinum*. *Remotum* Hebraeis **חֹר**, *profanum*, *commune*, siue **הַר הַכִּיָּת**, *mons templi*, alias *atrium gentium* dicitur, ubi **חֵיל**, *antemurale*, excludebat *Ethnicos*, *pollutos* *mortuo*, et qui cum *uxoribus mensrao laborantibus* rem habuerant, si *Maimon. Tr. בית המקדש*, C. III, aliisque, habenda fides. Vna pars *uicini* erat *sacerdotum*, *populi* altera, 2, *Reg. XXI*, 5, 2, *Chron. IV*, 9, illa atrium *הַפְּנִימוֹת*, *interius*, *Ezech. X*, 3, **חֵצֵר כִּיָּת יְהוָה**, *atrium domus Iehoude*, 2, *Chron. XXIV*, 21, haec **חֵיצוֹנֹת**, *exteriorius*, *Raschbio* **עֹרֵת יִשְׂרָאֵל**, *atrium Israelis*, *atrium magnum*, *utriusque deputatum sexui*, dicitur, in quo tamen mulieres seorsum assistebant, qua de re uid. *Tr. כוכה*, C. V, 4, et *מרות*, *Tr. Mischn. C. II*. Simile in modum *Gynaecea* dantur in *Synagogis* et *Ecclesiis*, ut nos docet *Buxt. Syn. Ind. C. IX*, cum ait: *peculiarem habent mulieres Ecclesiam, quae a uirorum Ecclesia claustratis fenestris separatur, qua de re in Talmude disputatur: imo id ex Propheta (Zach. XII, 12,) demonstratur, ubi scilicet dicit: mulieres plangent seorsum et uiri quoque seorsum, nempe in separata et distincta*

sancta Ecclesia. Huic addi potest Schindler. *Lex. p. 1306, Goodwin. l. c. L. II, C. II, p. 373*, et, ubi plura inuenies, *Diff. tres M. Christ. Burnetii de Synag. Vet. Hebr.* Vitemb. habitae, et multa eruditione confertae. Ex aedibus publicis egressi priuatam domum frequentamus, in qua utrumque sexum seorsim conspicimus morantem. Est autem *Gynaecium* pro ratione familiae duplicis ordinis. *Vnum* tenent uxores cum suis feminis, aut puellis, *pellices* cum suis alterum, uel in media domo, uel in superiori parte aedium, aut loco secretiori alio. (1) ueterum aedificia *Δίετρα*, aut *τρίετρα*, aut *πολύετρα* fuisse, exinde apparet, quod *Eutyebus Act. XX, 9, ἀπὸ τῆς τριετρῆς* decidisse legitur. *Conf. Menoch. Resp. Hebr. L. VII, C. V, Q. XI, p. 665.* (2) *Iuditha* se concludit cum puellis suis sub *σπηλιῇ ἐπὶ τῆς Δῶματος*. (3) Huc respectare uidetur phrasis, *Deut. XXI, 12, הַבָּאֲתָה אֶל תוֹךְ בַּיִת*, *inducere in medium domus*. (4) Graecorum, aliarumque gentium feminae *ῥων*, seu *ὕπερῶν*, i. e. iuxta *Eustath. τὰ μετέωρα τῶν οἰκημάτων* habitauerunt, licet non nunquam *mediam* tenuerint *domum*, ad quos ab Hebraeis consuetudo defluxit. *Conf. Menoch. l. c. p. 675, seqq. Maim. Tr. סוּרָה נְבוּכִים, P. III, C. 41*, et plures alii.

III.

Mulieres, ut breuis sim, *בַּפְתָּח עֵינַיִם*, foris comparere, *Hebraeae* prohibebant *leges*. Quod si qua sine *רִיר* excurreret, poenam dabat, si uxor *גַּט*, siue *פְּטוּרִין* *גַּט*, ut *Chaldaei* uocant, teste *El. Leu. in Thibiti p. 46, סֵפֶר כְּרִיתוֹת*, *βιβλίον ἀποπέμψεως*, *libello abscessionis*, seu *repudii*, accepto, dimittebatur, qui mos etiam *Athenis*, uti uult *Plut. in Alcibi.* usitatus fuit, ubi mariti *ἀποπέμψωσιν*, *repudiare uxores*, uxores *ἀπολείψωσιν*, *renuntiare maritis*; illius literae *γράμματα ἀποπέμψεως*, huius *γράμματα ἀπολείψεως* dicerentur. Vid. *Menoch. R. H. C. XXI, p. 372, seq. Selden. Vx. Hebr. L. III, C. XXVII, p. 307, Goodw. Mos. et Aar. p. 490, seqq. Reizius ad Goodw. p. 487.* Ceterum *Philo* notanter scribit: *γυναῖκα κατακλείσαι μηδὲ τῆς αὐλῆς προερχόμενα, καὶ θαλαμυδόμεναι παρεθένοι διὰ αὐτῶν τὰς ἀνδρῶν ὄψεις, καὶ τῶν δικαιοτάτων ἐκτρέπέμεναι*, *mulieres conclusae nunquam e conclaui egredi solitae, et uirgines in thalamis suis habitantes et prae pudore declinantes aspectum etiam maxime familiarium.* Denique obseruatu dignum, addita clathra ad fenestras fuisse, ad arcenda furta rei non familiaris modo, sed etiam uenerea, quo forsitan respicitur, *Cant. II, 9, stat post parietem* etc. iuxta *LXX, fenēs*, *διὰ τῶν δικτύων*, *per retia*, i. e. *fenestras reticulatas*: *Siehe er siehet hinter unserer Wand / und siehet durchs Fenster / und gucket durchs Gitter.* Vid. *Menoch. R. H. p. 676, seq.* CAP.

CAPVT IV.
DE
FINE
HVIUS CONSVETVDINIS.

I.

FInis est uel *generalis*, uel *specialis*; *generalis* procul dubio *scortationis* erit *uitatio*, *uitaeque puras observatio*; *specialis*, ut *uterque sexus in ecclesia ac synagoga sancte oraret, domique suam operam sine offendiculo perliceret*. Addo, Deum esse Deum non *confusionis*, sed *ordinis*, qui utrumque sexum seorsim, speciatim in templo, ac ecclesia, morari uoluit.

CAPVT V.
DE
CONCLVSO ALIARVM GENTIVM
GYNAECEO.

I.

Concludendi *feminas ritum Hebraeis in consuetudinem abiisse*, aliquo modo exinde demonstrari potest, quod plerique Orientales reliquas *Iudaeorum mores retinentes mulieres* quoque domi sedulo asseruant. Initio *Perfarum Gynaecium* perumpemus, non quidem *ueterum*, de quibus in libro *Estheris*, apud *Plut. Athen. Aristot. Mich. Neandr.* alios, legere possumus, sed *hodiernorum*, qui more *ueterum* nec *uxores*, nec *filiis*, sed *concubinas* in conuiuium ducebant. De his neruose *G. Meissn. Cant. p. 50.* Die Perser bauen ihren Weibern ihre Gemächer mitten im Hause / in welchen sie allezeit / als in einem Gefängnis bleiben / und eben deswegen wird dieser Ort Aram, d. i. verbotthen genennet / weil kein Mensch hinein kömmt / es sey denn ein Verschnittner. Wenn sie die Weiber auf die Reise nehmen / so thun sie dieselbige auf Camele in Wiegen / die auf allen Seiten zu gedeckt / und gehen Leuthe voran / so die Reisenden vom Wege weisen. Solches thut der König in Persien / wenn er auf die Jagd ziehet. De *Eunuchis Perfarum*, aliisque huc spectantibus, in *Graecorum Gynaecio* faciam uerba. Vid. *Po-lus Syn. Crit. Vol. I, p. 2065, seqq.* Hic duntaxat moneo, *hodiernis Graecis*, de *Veteribus* enim data opera agam, ritum usitatum fuisse, tum quoque in prima Ecclesia, tempore etiam Apostolorum, quare, *Tit. II, 5, οἰκοδομοί*, latine *caesarae, domi custodes, assidue domus*, appellantur, sicut eadem

eadem notione *Hom. ἀκρόματα* et *Φυλάσσοντες τὰς οἰκίας*, nostra lingua, *Haus-Frauen/Haus-Weiber*/ dicuntur, quippe quae domi se concludunt, ad imaginem Hannae, uirginis, ut habetur uulgo, uiduae. Dabant enim in gente Hebraea uirgines uiduae, tam desponsatae, quam ductae, quorum trahunt illud, *Ioël. I, 8*, heule wie eine Jungfrau / die einen Sack anlegt umb ihren Bräutigam. Talis Sacerdoti S. erat interdicitur, Christum praefiguranti, cuius sponsa debebat esse ἀμίαντος & ἀμωμος, *Cant. IV, 7*, quem morem *Grot. Seld.* alii, Atheniensibus quoque tribuunt, id quod manifesto legimus in *Demosth. Orat. in Naeram*. Vid. *Goodw. Mos. et Aar. L. I, C. V, § XI, p. 35*, *Selden. Vx. Hebr. L. I, C. VII, Dieter. Antiqq. p. 765*, *Hildebr. Antiqq. l. c. Dassou. Vid. Hebr. Th. XI, § IV, p. 19*.

II.

Turcis Gynaecea arctius concluduntur, de quibus *Olear. Itin. p. 450*, der Türcken Weiber werden so verwahret / daß man sie selten in der Thüre siehet. *Sommer in s. Schiffarth/ C. IX, § 4, p. 88*, der Türcken Frauen müssen stets zu Hause sitzen / und dürfen nicht ausgehen / ohne Erlaubnis / mit verdecktem Angesicht. Vid. *Sommers Reise nach der Levante/ C. IX, § 6, p. 64. Meisn. ad Esther. Cap. II, 3*, uerb. *Ins Frauenzimmer* : die Weiber zu *Constantinopel, Isphahan, Aegra, Jeddo*, und der Enden / werden meistens in zwey Stücke eingetheilet == darinn sie ihre Zeit mit Nähen / Stücken und andrer schöner Arbeit zu bringen. Vid. *Sal. Schweigger/ Itin. L. II, C. LX, p. 203. Diar. Europ. T. XXII, L. I, de Stat. Turc. C. IX, p. 51*. Superiori seculo in Palaestinam suscepit iter. *Bernbard. a Breitenbach/ Decanus Moguntini Capituli*, qui alios inter mores, in *Surianis*, ut uocabant, κατακλεισµὸν mulierum et ἀκρόματα obseruauit, *f. 129. b*. Ihr Haus-Frauen verwahren und inschließen sie mit großem Flic / und lassen weder Wiber noch Tochter uf die Strassen gan / anders den mit Lilachen umgeben / und ihr Angesicht bedeckt mit ein schwarzen Tuch. Das halten die Jungfrauen bi ihnen also streng / daß auch ihr Männer / so sie vermeest werden / sie mögen unter dem Angesicht sehen / die erste Nacht sey den verschienet / als sie zusammen werden gelegt. Als den auch die Saracenische Jungfrauen auch thun / nachfolgen hierinn dem Exempel / als sie sagen / des Patriarchen *Jacobs* / der do meinet / er wäre die erste Nacht gelegen bey *Nabel* / der Liebsten.

T A N T V M.

AB 153000 (1)

ULB Halle 3
003 948 544




56.

R

VD 17







B.I.G.

Farbkarte #13

Inches
Centimetres

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

כ"ט
 GNIFICENTISSIMO
 IPE REGIO AC DOMINO
 MINO
 D AVGVSTO
 SAXONICI HEREDE
 ETC.
 תעלמות
 VE
 LVSVM
 EORVM
 ECEVM
 VI. D. VIII. FEBR.
 . S.
 MESES
 FRIDERICVS
 IERVS
 GORLICIVM LVSAT.
 ET
 NDENS
 S ROTHIVS
 S. THEOL. STVD.
 BERGAE
 VELIS CREISIGI

